participatione misterii doceas nos terrena despicere et amare celestia. Per dominum. Dnica tercia.

Gaudete in domino semper iterum dico gaudete modestia uestra nota sit omnibus hominibus dominus prope est nichil solliciti sitis sed in omni oratione petitiones uestre innotescant apud deum. ps. Pecca-

uimus cum patribus. n. Evovae.

Aurem tuam qs domine precibus nris accomoda. et mentis nre tenebras gratia tue uisitationis illustra. Qui uiuis. collec Ad corintheos.

Fratres. Sic nos existimet homo ut ministros xpi: et dispensatores ministeriorum di. Hic iam queritur inter dispensatores: ut fidelis quis inueniatur. Michi autem pro minimo est ut a uobis iudicer aut ab humano die: sed neque me ipsum

iudic...
us ...
super ...
cedu ...
ioseph ...
mine ...
sui ...

remisi ti iniquitatem ple
bis tue. Secreta.

Devotionis nr̄e tibi dn̄e qs̄
hostia iugiter immoletur
que sacri pagat instituta miste
rii et salutare tuum nobis mi
rabiliter operetur. Per. Comm.

Dicite pusilla nimes con
forta mini et nolite timere
ecce deus noster ve niet et
salva bit nos. Post co.

Imploramus domine clementi
am tuam ut hec divina subsi
dia a vitiis expiatos ad festa
ventura nos preparent. Per.

feria .iiii. quatuor temporum ad missa

Rorate ce li desu per et
nubes pluant ius tum ape
riatur ter ra et germinet
salva torem. Ps. Celi enarrant
evovae

cum genuflectione et
sine salutatione collec.

dicitur aut quod colitur ita ut in templo dei sedeat ostendens se tamquam sit deus. Non retinetis quod cum adhuc essem apud vos hec dicebam vobis? Et nunc quid detineat scitis: ut reveletur in suo tempore. Nam misterium iam operatur iniquitatis: tantum ut qui tenet nunc teneat donec de medio fiat. Et tunc revelabitur ille iniquus: quem dominus ihesus interficiet spiritu oris sui et destruet: illustratione adventus sui. Tractus

Qui regis israhel intende qui deducis velud ovem ioseph.

V. Qui sedes super cherubim appare coram effraim beniamin et manasse.

V. Excita domine potentiam tuam et veni ut salvos facias nos.

Secundum lucam.

Anno quintodecimo imperii tyberii cesaris. procurante pontio pylato iudeam. tetrarcha autem galilee herode. philippo autem fratre eius tetrarcha iture et trachonitidis regionis. et lisania abiline tetrarcha. sub principibus sacerdotum anna et cayypha: factum est verbum domini super iohannem zacharie filium in deserto. Et venit in omnem regionem iordanis: predicans baptismum penitentie in remissionem peccatorum. sicut scriptum est in libro sermonum ysaie prophete. Vox clamantis in deserto: parate viam ~~viam~~ domini. rectas facite semitas eius. Omnis vallis implebitur. et omnis mons et collis humiliabitur. Et erunt prava in directa. et aspera in vias planas. Et videbit omnis caro salutare dei.

Offertorium.

Exulta satis filia syon predica filia ierusalem ecce rex tuus venit tibi sanctus et salvator.

Secreta

Ecclesie tue domine munera sanctifica et concede ut per hec veneranda misteria pane celesti refici mereamur. Per. communio

Exultavit ut gygas ad currendam viam a summo celo egressio eius et occursus eius usque ad summum eius. post com.

Quesumus domine deus noster ut sacrosancta misteria que pro reparationis nostre munimine contulisti et presens nobis remedium esse facias et futurum. Per. Dominica iiij.

Memento nostri domine in beneplacito populi tui visita nos in salutari tuo ad videndum in bonitate electorum tuorum in leticia gentis tue ut lauderis cum hereditate tua. Ps. Peccavimus cum patribus nostris iniuste egimus iniquitatem fecimus. Collect.

Excita domine potentiam tuam et veni et magna nobis virtute succurre ut auxilium gratie tue quod nostra peccata prepediunt indulgentia tue propiciationis acceleret. Qui vivis. Ad philipenses

Fratres. Gaudete in domino semper iterum dico gaudete. Modestia vestra nota sit omnibus hominibus: dominus enim prope est. Nichil solliciti sitis: sed in omni oratione et obsecratione cum gratiarum actione petitiones vestre innotescant apud deum. Et pax dei que exsuperat omnem sensum: custodiat corda vestra et intelligentias vestras in Christo Jhesu domino nostro. Gra.

Re iiii. feria iiij temporis

Prope est dominus [illegible] V. [illegible] laudem.

Alleluia [illegible]

V. [illegible] domine [illegible] no [illegible] tur [illegible] relax [illegible] domino [illegible]

[illegible] evangelii se. S. Johem.

In illo tempore: miserunt iudei ab iherosolimis sacerdotes et levitas ad iohannem ut interrogarent